

venda servandaque eorum privilegia postulantur, statim credimus admittendum. Eoque suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilibus comitibus scholarum verberandi⁶, degradandive senatores et decenarios licentiam denegamus: ea namque, quae tali commotione digna sunt, ad tuae sublimitatis volumus referri notitiam.

4. *Idem*, AA. Nomo magistro officiorum.

Curæ tui [perpetui] culminis credimus injungendum: ut super omni limite sub tua jurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac clausurarum⁷ cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret.—Dat. 2 id. septemb. *Constantinop.* MAXIMO 2 et PATERIO COSS. 445.

5. Imp. JUSTIN. et JUSTINIAN. AA. Tatiano magistro officiorum.

Jubemus eum ad militiam devotissimorum scholarum de cetero pervenire, qui nostrum meruit iudicium: nec licere pro tempore tui culminis administrationem habenti, sine hujusmodi probatoria⁸ aliquem inter eosdem viros devotos scholarum suis referre præceptionibus: sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem pervenire militiam ausus fuerit, non solum ea se privati, verum etiam poenæ viginti librarum auri subijci.— § 1. Illud etiam observari de cetero volumus: ut si quis locus statusve scholarum in quacunque schola vacaverit, ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum præcepit.— § 2. Ad hæc⁹ quadrimenstruos breves eorundem scholarum cura tuæ sublimitatis, et p. o. tempore viri excellentissimi magistri officiorum conscribi volumus, et eos sacro scrinio laterculi præstari, ibi deponendos: ut semper notitia eorundem scholarum certa sit, neque publico damnum ali-quod infligatur.—Dat. 10 kalend. Maji, *Constantinop.* MAURICIO V. C. Cos. 525.

TIT. XXXII.

DE OFFICIO COMITIS SACRARUM LARGITIONUM.

1. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Limenio comiti.

Palatinis hæc cura debet esse præcipua, ut, periculo proprio notariorum destinatis, super negligentia iudicum (si ita res exegerit) conquerantur, ne eorum sit impunita desidia.— § 1. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis studere providerint: breves etiam quadrimenstruos¹ ad officium palatinum noverint dirigendos: aurumque exactum ad sacras² largitiones sine ulla dilatare esse mittendum.—Dat. 3 kal. Maji, HONORIO 7 et THEODOS. 2 AA. COSS. 407.

TIT. XXXIII.

DE OFFICIO COMITIS RERUM PRIVATARUM.

1. Imp. VALENT. et VALENS AA. ad Honoratum consularem Byzantii.

Si quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad officium rei privatae tua gravitas acta transmittat: ut instructione percepta, quid sibi iuris auxilium debeat, agnoscat.—Dat. 6 kal. Januar. VALENTIN. et VALENTE AA. 2 COSS. 568.

Lex hæc græca a Cujacio primum edita ex lib. 60 Basil. et a Contio sub hoc titulo ita restituta.

Neque comes privati patrimonii, neque quivis alius eorum magistratum, qui vel in urbe Constantinopolitana, vel in provinciis sunt, eum qui super thesauro² aliquem defert, admittat.— § 1. Sed si super alio fiscali jure nuntiationem quis faciat, sub fidejussione mox non minus quinque librarum [auri] id fiat.— § 2. Et ne quod sigillum, vel descriptio, vel alia ulla innovatio interveniat super rebus nuntiatas ante sententiam ex scripto latam.

TIT. XXXIV.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PALATII.]

1. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Minervio comiti rerum privat.

Ad palatinorum curam, et rationalium officia, omnium rerum nos-

6. L. 1. infr. de priv. scol.— 7. L. 2. § 4. supr. de off. pref. præf. Afr. adde L. ult. infr. de off. milit. iudic.— 8. L. 9. infr. de div. offic.— 9. L. 1. infr. de apochis. Tr. XXXII.— 1. d. L. 1.— 2. L. 1. infr. de canone largitionum. adde N. 128, c. 15. Tr. XXXIII.— 1. L. ult. infr. de sacros. ; L. 1. infr. de advoc. div. iudicum ; L. 64. infr. de decur. ; L. ult. infr. de petit. subh. ; N. 60, c. 21 ; N. 123, c. 45 ; N. 124, c. 3 ; N. 128, c. 25.— 2. L. 7. infr. de delat. Tr. XXXIV.— 1. L. 1. infr. de local. præf.

strarum, et totius perpetuarii¹, hoc est, emphyteuticarii juris exactio revertatur.—Dat. kalend. Januarii, *Mediolani*, CÆSARIO et ATTICO COSS. 597.

2. *Idem*, AA. Ursatio comiti rer. privat.

Si quis iudicum vir illustris, vel præfectus urbi cognitionem comitiarum rerum privatarum examini debitam, sibi vindicandam censuerit, vel tuitionem contra ejusdem statuta sedis præstiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem poenæ nomine officium ejus teneatur, quam decet in articulo exigi, mansuetudinis nostræ ærario sociandam.—Dat. 6 idid. Aug. *Ravennæ*, CONSTANTIO et CONSTANTINO COSS. 414.

TIT. XXXV.

DE OFFICIO PROCONSULIS¹, ET LEGATI.

1. Imp. CONSTANT. A. Eliano proconsuli Africae.

Legati non solum civiles, sed etiam criminales causas audiant: ita, ut, si sententiam in reos ferendam providerint, ad proconsules² eos transmittere non morentur.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII.]

1. Imp. HONOR. et THEODOS. AA. Simplicio proconsuli Asiae.

Officium Hellespontii consularis æternæ recordationis patrem serenitatis nostræ adiit: et expositis suis incommodis, quibus a vicariis¹ apparitoribus urgebatur, oravit sub tuæ sublimitatis agere potestate, cujus allegationes humanæ proclivius piium principem commoverunt: quod et nos obtinere censemus.

TIT. XXXVI.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

1. Imp. LEO A. Useo P. P.

Titulos qui Alytarchiæ¹, et Syriarchiæ² muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis comitis Orientis, quam viri clarissimi rectoris provinciæ flagitari præcipimus: Alytarchiæ quidem ludi, cura viri spectabilis comitis Orientis, et ejus officio: Syriarchiæ vero sollicitudine viri clarissimi moderantis provinciæ, ejusque apparitoris exerceantur: nullique penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.

TIT. XXXVII.

DE OFFICIO PRÆFECTI AUGUSTALIS.

1. Imp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. Florentio præfecto Augustali.

Omnia tributa per Ægyptiacam diecesim cura, et providentia claritatis tuæ² a moderatoribus provinciarum exigij jubemus. Si qui tamen ex possessoribus, sive militaribus, sive non militaribus, ad inferenda quæ debentur, audaces extiterint, eos per militare etiam auxilium (si opus exegerit) ad solutionem compelli sancimus.

2. Imp. THEOD., ARCAD. et HONOR. AAA. Rufino P. P.

Præfectus prætorio Augustali ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia, et super his referendi, non amovendi³, vel puniendi habeat potestatem.

TIT. XXXVIII.

DE OFFICIO VICARII.

1. Imp. VALENT., VALENS et GRATIANUS, AAA. Antonio P. P.

In civilibus causis vicarios comites militum convenit anteferrari: in militaribus negotiis comites vicariis anteponi. Quotiens societas in judicio contigerit: priore loco vicarius ponetur, comes adjunctus accedat.

Tr. XXXV.— 1. Lib. 1, D. 16; adde N. 50, N. 103.— 2. L. 11, D. h. t. 1. Infr. de off. vicarii. Tr. XXXVI.— 1. L. ult. infr. de cupress.— 2. L. 1. infr. de natur. liber.; N. 89, in fin. Tr. XXXVII.— 1. Lib. 1, D. 17; L. 1. infr. de postulando; L. 35, § 3, D. et quib. caus. maj.— 2. L. 6. infr. de exact. trib.— 3. Adde L. 89. infr. de decur. vide tamen L. 6. § 8, D. de off. præf.

Siquidem præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antistet: et vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere iudicet portionem, et sacre cognitionis habeat potestatem, et iudicationis nostræ soleat representare reverentiam.

2. *Idem*, AAA. ad Hesperium P. P.

Relationes vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem referantur: relationes enim iudicum libenter audimus: ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces a nostris adytis repellamus.

TIT. XXXIX.

DE OFFICIO PRÆTORUM.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Senatium.

Prætori defertur hæc jurisdictio, sancientibus nobis, ut liberale negotium ipse discipator examinet. Sane interponi ab eo decreta² convenit: ut si in integrum restituito referenda est, probatis duntaxat causis, ab eodem [etiam] interponatur decretum: [seu] tutoris dandi, seu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpositio decretorum: quippe cum apud eum quoque adipisci debeat patronorum iudicio sedula servitus libertatem. Nec sane debita filiorum votis patrum vota cessabunt, ut patienti copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cum sese intelligant his obsequiis plus debere, [a] quibus sese meminertint sacris vinculis exutos.—Dat. 6 kal. Januar. EUSEBIO et HYPATIO COSS. 559.

2. Imp. VALENT. et MART. AA. Tatiano³ P. P.

Tres⁴ tantummodo prætores electæ opinionis in hac urbe per singulos annos iudicio senatus⁵ præcipimus ordinari: qui competentes causas, et debitos actus integre disceptare atque tractare debebunt: ut hi tantum tres ex his qui proprium⁶ larem in hac alma urbe habeant, non ex provinciis eligantur. Nec si quis forte propter alias causas ad hanc urbem de provinciis venerit, ad præturæ munus efferatur, sed hi tantummodo (ut dictum est) qui hic domicilium foveat: ita tamen, ut nec ipsi sumptus quosdam inferre cogantur inviti, sed habeant spontaneum liberalitatis arbitrium.—Dat. 15 kalend. Januar. *Constantinop.* VALENTIANO 7 et AVIENO COSS. 450.

TIT. XL.

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

Potest de falso causam cognoscens præses provinciæ, incidentem² proprietatis questionem dirimere.—Dat. 6 kalend. april. MAXIMO 2 et URBANO COSS. 225.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximianum præsid. provinc.

Præsides provinciarum oportet, si quis potentiorum extiterit insolentior, et ipsi vindicare non possunt, aut examinare, aut pronuntiare nequeant: de ejus nomine ad nos, aut certe ad prætorianæ præfecturæ scientiam referre: quo provideatur, qualiter publica disciplina, et læsis tenuioribus consular. —Dat. 8 kal. Maji, PROBIANO et JULIANO COSS. 322.

3. *Idem*, A. ad provinciales.

Justissimos et vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus: et e contrario injustos, et maleficos querelarum vocibus accusandi, ut censura nostra vigor eos absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligenter investigabimus: præfectis prætorio, et comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus.—Dat. kalend. novemb. *Constantinop.* BASSO et ABLAVIO COSS. 531.

4. *Idem*, A. ad Periclem præsidem.

In officiales præfectorum cursum⁵ publicum laniantes, vel prava contra utilitatem publicam molientes, vindicandi⁴ tibi dedimus potestatem: ita ut præfectos de eorum culpa facias certiores.—Dat. 40 kal. novemb. *Nicopoli*, CONSTANTIO et ALBINO COSS. 555.

Tr. XXXIX.— 1. Lib. 1, D. 14; Lib. 12, infr. tit. 2; N. 13, N. 15, N. 26, N. 29, N. 104.— 2. L. 4, infr. de vind. libert.— 3. L. 1. infr. de præf.— 4. L. 5, supr. de episcop. aud. adde L. 2, § 5, D. de origine iur.— 5. Abrog. N. Leon. 47.— 6. L. 2. infr. de prætorib. Tr. XL.— 1. Lib. 1, D. 18; N. 24.— 2. L. 1, infr. de ord. jud.— 3. Infr. de cursu pu-

5. Imp. VALENT. et VALENS AA. ad Apronianum præf. urbi.

Potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens⁵ reverentia tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi minor iudex veritatem investigaverit, nulla majori irrogatur injuria. Sane qui insignia dignitatis ad hoc exeret, ut indignis injuriis existimet adficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, non declinabit nostræ indignationis aculeos.—Dat. 8 kal. Jun. ARINtheo et MODESTO COSS. 372.

6. Imp. VALENT., GRAT. et THEOD. AAA. Cynegio P. P.

Civitas Phodiorum injuriam suam non tam decenter, quam sero conquesta est: unde invidiabili observatione sancimus, ut quoniam tempore hyemis navigatio sæpe periculosa est, [et] semper incerta: in illis⁶ quinque urbibus, quæ potiores esse cæteris asseruntur, vicissim hyemandum sibi iudices recognoscant. Quod si cuiquam tale existat ingenium, ut præcepta nostra contemnat, quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab ejus officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri iuribus inferantur.

7. Imp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

Qui ordinariam gesserit dignitatem, quicquid ex venturæ delegationis titulis profligaverit: cum dispendio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra provinciarum positus inferre debebit.—Dat. 7 kalend. Jun. *Constantinopoli*, HONORIO nobiliss. puero et EYODIO COSS. 586.

8. *Idem*, AAA. Cynegio P. P.

Ne quis iudicum in provincia sua præfectianum⁷, vel palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in hujusmodi officii fuerint commorati, intercessorem⁸, id est, executorem cujusquam litigatoris petitione in quolibet seu privato, seu publico negotio putet esse tribuendum: nam peccantem contra consulta cælestia cum officio suo non solum detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorum damna comitentur.—Dat. non. Aug. *Constantinop.* HONORIO N. P. et EYODIO COSS. 586.

9. *Idem*, AAA. Polemio P. P. Illyrici.

Nullus provincia moderator augustissimam urbem sine jussione adire nostra audeat. Nam si paterit quem contra decreti nostri præcepta venisse, is congrua condemnatione plectetur.—Dat. 10 kal. Jan. *Mediolani*, post consulatum TIMASII et PROMOTI 590.

10. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Limenio comiti sacrarum largitionum.

Nullum palatinis tibi obsecundantibus cum provincialibus volumus esse commercium: sed iudices scire debent, hoc sibi præcipue esse commissum, ut ipsi a provincialibus exigant, et consueti depescant: palatinum vero possessor non horreat, qui non sibi, sed iudicibus atque officiis præceptus est imminere.—Dat. 6 kal. april.

11. Imp. [ARCAD.], HONOR. et THEOD. AAA. Theodoro P. P.

Moderatores provinciarum curam gerere jubemus, nequid potentum procuratores perperam injusteque committant.—Dat. 6 kal. decemb. *Ravennæ*, BASSO et PHILIPPO COSS. 408.

12. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Monachio P. P.

Omnes provinciarum apparitores pro veterata auctoritate iuxta motum iudicis nudatos, verberibus (si ita res tulerit) subjacere præcipimus: ut et facilis executio rerum publicarum sit, et officiorum insolentia comprimatur, et iudicum severitati competens reddatur auctoritas.—Dat. 6 kalend. Januar. HONOR. 9 et THEOD. 5 AA. COSS. 412.

13. Imp. LEO A. Constantino P. P.

Si quis⁹ cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, regimen provinciæ, vel cingulum cujuslibet militiae dignitatisve quoquo modo meruerit: contra licitum usurpatis impetrativæ creant: etiam si ultroneæ a nostra liberalitate jus regendæ provinciæ, vel militiae, seu dignitatis cujuspiam sibi jactaverit delatum fuisse.—Dat. 7 idid. August. LEONE A. 4 et PROBIANO COSS. 471.

14. *Idem*, A. eidem P. P.

Nulli iudicum qui provincias regunt, in civitatibus, in quibus sacra palatia, aut prætoria¹⁰ sunt, liceat his relictis privatorum sibi domos ad habitandum veluti prætoria vindicare: sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia, seu prætoria [cogantur,] ut hac necessitate compellantur eorum reparationi providere. Ubi autem et palatium est, et prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prætorium autem vel suspiciendis conservandisque¹¹ speciebus publicis horreorum vice, vel alii necessariæ rei deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentaverit: protinus eum atque officium ejus quinquaginta librarum auri multam ad

hico.— 4. Adde L. 5, infr. de sportulis.— 5. L. 2, L. 3, infr. de off. div. iudic. adde L. 1, supr. de off. præf. urbi.— 6. Adde N. 44, N. 50; L. 1, infr. ut omnes iud.— 7. L. 2, L. 3, infr. de apparit. præf. præf.— 8. L. 7, infr. que res pignori.— 9. L. 12, L. 15, L. 14, infr. de cohort.— 10. L. 3, infr. de metat.— 11. Infr. de coutit. in publ. horr.

reparandum sacrum, quod neglexerit, palatium solvere sancimus. — Dat. 6 idib. feb. CLEMENTINO et PROBO COSS.

TIT. XLI.

UT NULLI PATRIÆ SUÆ ADMINISTRATIO SINE SPECIALI PERMISSU PRINCIPIS PERMITTATUR.

Græca constitutio Anastasii imper. ut scribit Jac. Cujac. ad Paul. lib. 5, sent. tit. 12, qui tamen putat esse const. ult. tit. De offic. rectoris provincie: at nos aliter sentimus, moti et auctoritate librorum veterum, qui novam rubricam minio scriptam post illum titul. descripitam habent, et græcorum interpretum consensu, qui ad lib. ult. inf. de crim. sacrileg. hunc titul. numerant 41, lib. 4, Cod. In eadem est etiam nobiscum sententia præstantissimus Ant. Aug. Cæterum crediderim, idem hac constitutione fuisse cautum, quod supradicta ult. constit. tit. de crim. sacrileg. continetur.

TIT. XLII.

DE QUADRIMENSTRUIS BREVIBUS.

Græca constitutio deest.

Hunc titulum diserte ita scriptum in veteribus libris, et a nemine adhuc recentiorum animadversum intrepide restitui, ut qui et hoc loco opportune sit insertus. Putat quidem Jacobus Cujac., vir doctissimus, eum fuisse additum tit. De apochis, lib. 10, quia et quadrimenstruorum brevium l. 1, illius tit., mentio fit, sed idcirco non fuit additus, quia hic jam proprio fuerat loco collocatus. Extat similis tit. l. 11, C. Theodosiani tit. 25. De quadrimenst. brevib. et sub eo constit. singul. Theodosii, Arcadii et Honorii AAA. Cont.

TIT. XLIII.

DE OFFICIO PÆFECTI VIGILUM.

1. Imp. THEOD. et ARCAD. AA. Nephthidio pæfecto urbis. Pæfecti vigilum hujus urbis nihil de capitalibus causis sua auctoritate statuere debent: sed si quid hujusmodi evenierit, culmini tuæ potestatis referre: ut de memoratis causis celsiore sententia judicetur.

TIT. XLIV.

DE OFFICIO PÆFECTI ANNONÆ.

Græca constitutio sub hoc tit. miniatò deesse notatur in manuscriptis. Hoc igitur pacto restitutus quinque tit. in hoc primo lib. C. qui antea deerant (id est, tit. De offic. Comitum sacri patrimon., tit. de offic. Vicarii, qui in omnibus manuscriptis extat., tit. Ut nulli patriæ suæ administratio, etc., tit. De quadrimenst. brevib., et tit. De offic. pæf. annon.) perpulchre numerus tit. hujus lib. per omnia convenit cum numero Græcorum: quos duos numeros conciliare anxie studuit Ant. Aug. nec tamen præstare potuit. Cont.

TIT. XLV.

DE OFFICIO CIVILIU JUDICUM.

1. Impp. ARCAD., THEOD. et HONOR. AAA. Curtio P. P. Honorati, qui litem habere noscuntur, his horis [vel temporibus] quibus causarum, vel merita, vel fata panduntur, residenti cum judicibus non habeant facultatem. — Dat. 3 non. febr. RAVENNÆ, BASSO et PHILIP. COSS. 408.

2. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Anthemio P. P. Si quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo se defendere

Tit. XLI. — 1. L. ult. inf. de crim. sacrileg.: l. 3, inf. de divers. off. adde l. 10, inf. de assens. et domest.: l. 3, D. de offic. adsess.: l. 37, l. 38, D. ex quib. caus. muj. vide tamen L. ult. sup. de off. pæf.

Tit. XLII. — 1. L. ult. sup. de off. mag. off.: l. 1, sup. de off. com. sacrar. larg.: l. 1, inf. de apochis.

Tit. XLIII. — 1. Lib. 1, D. 25, N. 13; adde l. 2, § 35, D. de O. J.

Tit. XLIV. — 1. d. § 33, D. de O. J. adde l. 1, sup. de off. pæf. urb.: l. 3, D. quod

tentet munimine: adeat judicem, et promat, quæ duxerit adserenda. Quem si judex (quod non arbitramur) minus audire maluerit, ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor vero ejus quinquaginta feriatu dispendio. — Dat. 13 kal. August. CONSTANTINOP. HONORIO 8 et THEODOSIO 3 AA. COSS. 409.

TIT. XLVI.

DE OFFICIO MILITARIUM JUDICUM.

1. Impp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. magistris et comitibus utriusque militiæ.

Nunquam omnino in negotiis privatorum vel tutio militaris, vel executio tribuatur. — Dat. prid. id. februar. CONSTANTINOP. THEOD. A. 3 et HABUNDANTIO COSS. 395.

2. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Monachio P. P.

Præcipimus, ne quando curiales vel private conditionis homines ad militare exhibeantur judicium, vel contra se agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri adversus comitanum officium proponi decernimus, si quid contra hoc aliquando tentaverit. — Dat. 6 kal. sept. THEOD. A. 7 et PALLADIO COSS. 416.

3. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Anatolio magistro militum.

Nemo de his qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverit, scholæ agentium in rebus quacunque subreptione post completam militiam societuri, nec agendi vices viri clarissimi principis accipiat facultatem. Si quis autem adversus hæc nostræ perennitatis decreta venire conetur: militiam spoliatus, proscriptionis pena pro parte bonorum tertia constringatur. — Dat. 5 kalend. februar. CONSTANTINOP. MAXIMO 2 et PATERIO COSS. 443.

4. *Idem*, AA. Nomo magistro officiorum.

Duces militum et præcipue, quibus gentes, quæ maxime cavendæ sunt, appropinquant, in ipsis limitibus commorari, et milites ad proprium redigere numerum imminetibus magistris potestatibus, diuturnisque eorum exercitationibus inherere præcipimus. Castorum quietiam refecutionis [lustrationisque] curam habeant. Quibus cum principibus castrorumque præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militum duodecimam annorum partem, distribuendam videlicet inter eos magistræ potestatis arbitrio, deputamus. — Dat. 2 id. sept. CONSTANTINOP. MAXIMO 2 et PATERIO COSS. 445.

Constitutio græca.

TIT. XLVII.

NE REI MILITARIS COMITIBUS VEL TRIBUNIS LAVACRA PRÆSTENTUR.

1. Impp. ARCAD., HONOR. et THEOD. AAA. Anthemio P. P. Omnem inquietudinem a curiis et civitatibus præcipimus prohiberi: nec ulla privata ab his succendi balnea ad tribunorum, vel ducum, aliorumve militarium comitum usus: nec aderationem aliquam pro hac causa proligari. Illustribus enim tantummodo viris comitibus ac magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pena violatoribus hujus sanctionis imminente. — Dat. 8 kal. dec. ARCADIO A. 6 et PROBO COSS. 406.

TIT. XLVIII.

DE OFFICIO DIVERSORUM JUDICUM.

1. Imp. CONST. ad Domitium Celsum vicarium.

Nemo judex [aliquem] officialem ad eam domum, in qua materfamilias degit, cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat: cum certum sit debita ejus, quæ intra domum commo qui in alien. potestat.

Tit. XLV. — 1. L. 6, pr. et § fin. inf. de postul. Confer. L. ult. inf. de off. dir. jud.

Tit. XLVI. — 1. L. 2, inf. h. t.: l. 3, sup. de off. rect. prov. adde l. 2, inf. si a non compet. jud. — 2. l. 1, sup. h. t.: l. 3, sup. de off. mag. milit.: l. 42, inf. de decur.: N. 148. — 3. L. ult. sup. de off. mag. milit.: l. 4, sup. de off. mag. offic.

Tit. XLVIII. — 1. N. 134, c. 9, Anth. hodie, inf. de custod. reor. adde l. 18, l. 19, l. 21, l. 22, D. de in jus voc.

siderato sexu semet contineat, domus ejus vel cujuscumque rei habita distractione, publicis necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos contra ullam indulgentiam capitali pena plectetur. — Dat. 4 id. Aug. SABINO et RUFFINO COSS. 316.

In AUTHENT. ut nulli jud., § necessarium, col. 9, tit. 17, al. 9, seu Novell. 134, cap. 9.

Sed hodie novo jure pro fiscalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi: sed ad judicem venit per se vel per procuratorem suum: vel mitat unum vel alterum, quatenus negotium legitime exquantur. Si contra factum fuerit, majores judices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo spoliabuntur, et poenis subjacebunt corporalibus, et in exilium damnabuntur.

2. Impp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. ad Principium P. V. Singuli quique judices scient, celsioribus viris, et his quorum nonnunquam judicio provehantur, honorificentiam debitam esse præstandam, nec in proscriptionibus suis: fratres audeant nominare: apparitione multanda, cujus hæc est cura. — Dat. id. februar. RICHOMERE et CLEARCHO COSS. 384.

3. *Idem*, AAA. Constantino P. P. Galliarum.

Scient principes, et cornicularii et primates officiorum, et judices etiam, ternas libras auri a suis facultatibus erundas, si honoratis viris (quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur) secretarii judicium non pauerit ingressus, aut reverentiam non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum judice societas denegata. — Dat. 5 id. novemb. TYBERIADE, TIMASIO et PROMOTO COSS. 389.

TIT. XLIX.

UT OMNES JUDICES TAM CIVILES QUAM MILITARES POST ADMINISTRATIONEM DEPOSITAM QUINQUAGINTA DIES IN CIVITATIBUS VEL CERTIS LOCIS PERMANEANT.

1. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

Nemo ex viris clarissimis præsidibus provinciarum, vel consularibus, aut correctoribus, vel qui administrationis majoris infulas meruerint, id est, viri spectabiles proconsules, aut pæfectus Augustalis, aut comes Orientis, aut cujuslibet tractus vicarius, aut quicumque dux, vel comes cujuslibet militis, vel divinarum comes domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexisse noscitur, antequam quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur: sed per id tempus præsidens quidem, et consularis, nec non correctores in metropoli: spectabiles vero judices tam civiles quam militares in civitatibus administratæ dioceses illustrioribus, publice, non domi, vel intra sacrosanctos terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, sed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernaverant, ora versentur: ut pateat omnibus facultas libera super furtis, aut criminibus querimoniam commovendi: ita ut ab omni defensus injuria provisione post eum administrantis, ac periculo officii, nec minus curialium, et defensoris civilis, juratoriae tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniam devocatus, pulsare volentibus (ut dictum est) pro legum ratione respondeat. Nec ullam ante præfinitum tempus de provincia descendendi excusationem ei tribuat vel divinæ vocis copia, vel codicilli alterius administrationis oblati, vel præceptum amplissimæ tuæ sedis, ut alterius provincie moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfate, vel alterius civilis vel militaris cujuscumque potestatis, ut quandocunque sollicitudinem publicam gerat, aut exhibeat, vel deducatur, aut postremo cujuslibet artis astutia, cujuscumque occasionis excogitata calliditas eludatur: ut modis omnibus, quæ pro universarum provinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quod si quis temeritate puniendâ saluberrimam legem circumscribendam vel violandam crediderit, licet, et majestatis reus non immerito judicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: similis pena plectendo [eo.] qui post eum administratione suscepta minime eum curaverit honeste retinendum, aut super ejus fuga protinus referendum. — § 1. Administrationem autem deponere non volumus decessorem, antequam successor ad provincie fines pervenerit: licet literis ad eum, seu programme, vel

2. L. 5, inf. h. t.: l. 9, sup. de off. rect. prov. — 3. L. 2, inf. de proxim. sacrar. serin. — 4. L. 1, sup. de off. jud. civ. — 5. L. 1, sup. h. t.

Tit. XLIX. — 1. N. 8, c. 9. — 2. L. 10, D. de off. pæf. — 3. L. 5, inf. de assens.: l. 1, inf. ad leg. Jul. repetur.: N. 8, c. 8 et 9. — 4. L. 10, D. de off. procos.: l. un. D. de off. pæf. aug.: N. 95, c. 1, in fin.

edicto ad officium, et provinciales usus fuerit. — § 2. Ipse autem, qui presentem fugiens non observaverit legem, ubicunque repertus fuerit, licet in hac florentissima civitate, ad provinciam sine ullo penitus obstaculo, præceptione tui culminis, cura etiam viri clarissimi rectoris provincie; in qua repertus fuerit, deducetur, per sex mensium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime possint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore servato, non prohibuerit contra legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio feriatu. — § 3. Quod si intra quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulsatus, et præfatorum tempore elapso necdum finita lis fuerit, civiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo, post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi: accusationem vero super criminibus facta, per inscriptionum laqueos irritus, usque ad terminum causæ ibidem necessario perdurabit. — § 4. Sciant autem universi judices, apud quos vel administrationis jure, vel ex præcepto amplissimæ tuæ sedis, hujusmodi controversie civiliter vel criminaliter ventulantur, intra viginti dierum spatium debere se præfata litigia, postquam orta fuerint terminare: nam si supersederint, ipsos quidem decem librarum auri condemnationem subire censemus: accusationem vero seu civilem intentionem semel in judicium deductam præfatorum modo legitime terminari. — Dat. 8 id. octob. CONSTANTINOP. ZENONE A. 2 COS. 475.

In AUTHENT. ut judices sine quoquo suff., § necessitatem, col. 2, tit. 2, seu Novell. 8 cap. 9.

Si vero, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatu, detineatur a provincialibus, et omne quod datum fuit ea occasione, furti actione exigatur: præsentem tamen Deo amabili episco, et causam ex non scripto examinante.

TIT. L.

DE OFFICIO EJUS QUI VICEM ALICUJUS JUDICIS VEL PRÆSIDIS OBTINET.

1. Imp. GORDIANUS A. Domitio P. P.

In causa, quæ spectat ad utilitatem reipublicæ, eum qui vice præsidis provinciam administrat, potuisse cognoscere, in dubium non venit. Sane si in aliquo captum est jus reipublice: juxta scita divorum principum, defensores reipub. si modo adesse fiduciam negotio putant, restitutionis auxilium possunt flagitare. — Dat. 3 non. novemb. SABINO 2 et VENUSTO COSS. 241.

2. Mandata imp. THEOD. et VALENT. AA. missa Antiochio, cæterisque P. P. per referendarium: quæ sic habent.

Suggestente magnificentia vestra, docta imperiali aternitas, debere eos qui præceptione principali seu vestrae sedis amplissimæ tueri locum rectorum provinciarum noscuntur, auctoritatem habere tutores seu curatores potestibus dare, decretum etiam interponere ad alienandas minorum similiumque eis personarum seu curialium facultates, et emancipationes quoque legibus celebrare, et omnia, quæ ad jurisdictionem rectoris provincie celsitudinis præfatos hujusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. — Dat. prid. id. oct. CONSTANTINOP. HIERO et ARDABURIO COSS. 427.

TIT. LI.

DE ADSESSORIBUS, [ET] DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS JUDICUM.

1. Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Paulino.

Studiorum labor meretur, ut hi, qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe præmiorum atque honorificentia sua provocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili, et necessitate incongrua libertati. — Dat. prid. idib. Jul. TIBERIO et MAXIMO COSS. 291.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. V.

Præsides non per adsestores, sed per se subscribant libellis. Quod si

Tit. L. — 1. N. 8, c. 4; Lib. 1, D. tit. 21. — 2. L. 4, inf. quib. ex caus. maj.: l. 1, l. 3, inf. de jure resp. — 3. L. 1, § 4, D. de legat. 3. — 4. L. 1, D. de tut. datis. — 5. Immo vide l. 2, § 1, D. de off. ejus cui mand. est jurid. — 6. Immo vide l. 2, § 1, D. d. t.

Tit. LI. — 1. Lib. 1, D. 22; adde N. 60, c. 2. — 2. L. 15, inf. h. t.

qui adessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit: mox adessor, qui subscripsit, exilio puniatur: praesidis vero nomen ad nos referri jubemus, ut in eum severius vindicetur. — Dat. 18 kal. septemb. CONSTANTIANO A. 6 et CONSTANTINO C. Coss. 329.

3. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Messala P. P.

Consiliarios judicum, et cancellarios, et eos qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta³ dies in provinciis residere praecipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus hujusmodi personam subtraxerit: eaque in quadruplum⁴ restitui jubemus, quae docebuntur ablata: ut duplum spoliatus accipiat, et duplum noster fiscus adquirat. — Dat. 6 kal. Januar. Mediolani, THEODOSIO et RUMORIO Coss. 405

4. Idem, et THEOD. AAA. ad Caecilianum vicarium.

Domesticus iudicis a publicis actibus arceatur. Quod si necessitatibus publicis sese convictus fuerit miscuisse; statim eum ad majoris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eum vindicta promatur. — Dat. 7 idib. april. HONORIO A. 6 et ARISTENETO Coss. 404.

5. Imp. HONORIS et THEODOSIUS AA. Seleuco P. P.

Nemo in provinciis, qui semel domestici vel cancellarii ministerium gesserit, ad eandem observationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. — Dat. 3 id. decembr. Raven. AA. 10 et 6 Coss. 413.

6. Idem, AA. Vitaliano duci Libyae.

Nemo de domesticis ducum vel comitum militarium, officii eorum connumeratus, post completum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitudinem audeat aspirare: decem librarum⁷ auri condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionem, eadem pena officio quoque ejus coercendo, si per ambitionem, vel avaritiam ex his aliquid temerarie consenserit. — Dat. 8 kal. novembr. HONORIO A. 11 et CONSTANTINO 2 Coss. 417.

7. Idem, AA. Eustathio P. P.

Velut⁸ castrense peculium filiarum, adessores etiam post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores juvare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. — Dat. kalend. april. CONSTANTINOP. HONOR. 15 et THEOD. 10 AA. Coss. 423.

8. Idem, AA. Asclepiodoto P. P.

Nullus iudicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici, vel cancellarii nomen imponat: nec profectum ad se undecunque suscipiat, ne fama nota cum honorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officii cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos iudicibus applicari jubemus: ita ut post depositam administrationem, nec militiam deserant, et provincialibus praesentiam sui exhibeant, quo volentibus sit accusandi eos facultas. Si enim idonea causa exegerit: ad detegenda iudicis flagitia, et questioni eos subdi oportet. — Dat. prid. kal. Jul. ASCLEPIODOTO et MARIANO Coss. 425.

9. Imp. THEODOS. et VALENT. AA. ad Taurum.

Si post depositam administrationem iudicum, praesentiam, vel exhibitionem domesticorum, querimonia provincialium aut curialium, vel aliqua publica necessitas postulaverit: per eosdem administratores, quorum domestici fuerunt, iudicio legibusque tradantur. — Dat. 8 non. Jul. CONSTANTINOP. THEODOSIO A. 14 et MAXIMO Coss. 455.

10. Idem, AA. Florentio P. P.

In consiliariis observari censemus, ut in eum, qui in sua provincia⁹ ultra quatuor menses moderatoribus adserit adversus leges antiquas, et divorum retro principum scita, proscriptio bonorum et accusatio publici¹⁰ criminis imminet, nisi per caeleste oraculum, vel amplissimae tuae sedis praereptionem sese defendat. — Dat. 13 kalend. februar. THEODOS. 17 et FESTO Coss. 459.

11. Idem, AA. Zoilo P. P. Orientis.

Non minus adessoribus majorum magistratum, quam ipsis iudicibus nostrae benevolentiae liberalitas tribuenda est. Ideoque consiliarios virorum illustrium praefectorum tam praetiorum, quam hujus inclytae urbis, eminentissimorumque magistrorum militum, nec non etiam viri illustres magistri officiorum, sive praedictio officio iam functi sunt, seu fungentur in

3. L. un. supr. ut omnes iud. — 4. L. 1. infr. ad leg. Jul. repet. — 5. L. 6. infr. h. t. — 6. L. 5. supr. eod. — L. un. infr. ad leg. Jul. de amb. — 7. L. 1. in fin. infr. de castrensibus; L. 14. § 5 et 6. D. de numer. et honor. vide tit. 14. L. 13. infr. h. t. — 8. Immo vide L. un. infr. ad leg. Jul. de amb. — 9. L. 4. infr. de advoce. div. iudicior. — L. ult. infr. de instit. test. adde L. 1. § 6. D. ad Sc. Trebell. — L. 1. § 16. D. de collat. honor. § ult. Inst. de testam. milit. — 10. L. 17. L. 58. D. ex quib. usus. maj. — 10. L. ult. infr. de crim. sacrileg. — 11. L. 9. infr. de ad-

posterum, post depositum etiam officium ab omni iudicis onere securum seu militarium iudicum prorsus immunis esse praecipimus: ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet gravamine penitus injungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid adversus statuta clementiae nostrae innovari concesso. — Dat. 5 kal. Mart. THEODOSIO A. 18 et ALBINO Coss. 444.

12. Imp. VALENT. et MART. AA. Palladio P. P.

Liceat omnibus iudicibus illustri praeditis potestate, consiliarios sibi eosdem secundo, ac tertio, et saepius¹¹ adungere: quia qui semel recte cognitus est, non debet ob hoc solum, quod jam probatus est, improbari. — Dat. VAL. A. ***.

13.

Nunquam sine iudicibus consilarii eorum nomina¹² ponentes jus dicant.

14. Imp. JUSTINIUS A. Demostheni P. P.

Nemo ex his, qui advocati causarum constituti sunt, vel fuerint etiam in hac regia urbe, in quocunque iudicio deputati, et in aliis omnibus provinciis nostro subjectis imperio, audeat in uno eodemque tempore tam advocacione uti¹³, quam consilarii cuiuscunque magistratus, quibus respublica gerenda committitur, curam arripere: cum satis abundeque sufficiat, vel per advocacionem causis perfectissime patrocinari, vel adessoris officio fungi: ne, cum ad utrumque festinat, neutrum bene peragat: sed sive advocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel, si adsessionem elegerit, in ea videlicet permaneat: ita tamen, ut post consilarii sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus advocacionis reverti. — § 1. Nec sit concessum cuiquam duobus magistratibus adsedere, et utriusque iudicii curam peragere (neque enim facile credendum est etiam duobus necessariis rebus¹⁴ unum sufficere: nam cum uni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est: sicutque nulli eorum idoneum in totum inveniri) sed altera adsessione penitus summtota, unius magistratus esse contentum iudicio. — § 2. Nec callidis machinationibus hujusmodi legem putet quis esse circumscribendam, etsi non consilarii signum, quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas adsimulaverit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub hujusmodi tamen umbra latere: cum in legem¹⁵ committant [et] hi qui vigore ejus scrupulosi, et excogitatis artibus eludere festinant. Neque sibi blandiri quemquam oportet, quod praesentis [etiam] legis aculeos possit evadere, quemadmodum et anteriores leges super hac re positas deludebat: si quis etenim in tali commisso fuerit inventus, sciat se de matriculis advocatorum penitus esse delendum, et decem librarum auri multam nostris privatis largitionibus illaturum, per virum illustrem comitem rerum privatarum exigendam, et aliam majorem regalis culminis subiturum offensam: cum nec ipse iudex, qui hoc fieri passus est, et sciens prudensque hoc commiserit, sine imperiali commotione remaneat. Eidem poenae quidem subijciendo etiam eo, vel eis, qui in his causis, quarum patrocinium adepti sunt, quibusque advocacionem suam praestiterunt, adsessiones cuiuscunque magistratus colore audeat, vel audeant vindicare, ne affectionis suae [vel] advocacionis memor incorrupti iudicis¹⁶ non possit nomen proferre. — Dat. 5 kalend. octob. Chalcedone, Decio V. C. Cos. 529.

TIT. LII.

DE ANNONIS¹ ET CAPITATIONE ADMINISTRANTIUM, ET EORUM ADSESSORUM, ALIORUMVE PUBLICAS SOLLICITUDINES GERENTIUM, VEL EORUM QUI ALIQUAS CONSECTI SUNT DIGNITATES.

1. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Florentio P. P.

Omnibus tam viris spectabilibus, quam viris clarissimis iudicibus, qui per provincias sive militarem sive civilem administrationem gerunt, necnon comiti commerciorum², magistro aeris, sive privatae rei rationali per Ponticam atque Asianam dioecesim, item et adessoribus iudicum singulorum in praebendis solatiis annonarum hic fixus ac stabilis servabitur modus, ut ea pro annonis et capite dignitati suae debitum pretia con-

voc. div. iudicior.: N. 15. in fin. confer tamen L. 5. L. 6. supr. h. t. — 12. L. 2. supr. eod.: N. 60. c. 2. — 13. L. 5. D. h. t. — 14. L. 9. D. de pact. — 15. L. 5. pr. supr. de legib. — 16. L. 17. D. de jurisd.

Tit. LII. — 1. Adde tit. 44. supr. h. lib. tit. 16. infr. lib. 10. tit. 24. infr. lib. 11. tit. 58. infr. lib. 12. — 2. L. 4. infr. quae res venire non poss.

D

Debitorem venditionem pignoris. pag. 518. lib. 8. tit. 99.
 de Debitoribus Civitatum. 688. * 11. 32.
 de Decanis. 735. * 12. 27.
 de Decretis Decurionum. 664. * 10. 46.
 de Decurialibus Urbis Romae 689. * 11. 43.
 de Decurionibus et filiis eorum. 646. * 10. 31.
 de Dedititia libertate tollenda. 458. * 7. 5.
 de Defensoribus civitatum. 110. * 1. 35.
 de Delatoribus. 633. * 10. 44.
 Depositi vel contra. 252. * 4. 34.
 de Desertoribus et occulatoribus. 731. * 12. 46.
 de Dignitatibus. 715. * 12. 1.
 de Dilationibus. 170. * 3. 41.
 de Discussoribus. 645. * 10. 30.
 de Distractione pignorum. 545. * 8. 28.
 de Diversis officiis et apparit. 761. * 12. 60.
 ——— Prædiis urbanis. 711. * 11. 69.
 ——— Rescriptis. 88. * 1. 23.
 de Dividenda tutela. 347. * 8. 32.
 Divortio facto, apud quem. 322. * 5. 24.
 de Dolo malo. 440. * 2. 21.
 de Domesticis et protectoribus. 723. * 12. 17.
 de Donationibus. 573. * 8. 34.
 ——— ante nuptias. 285. * 5. 3.
 ——— causa mortis. 581. * 8. 57.
 ——— inter virum et uxorem. 315. * 5. 16.
 ——— quae sub modo. 579. * 8. 55.
 de Dote cauta non numerata. 312. * 8. 15.
 de Dotis promissione. 303. * 5. 11.
 de Duobus reis stipulandi et promitt. 553. * 8. 40.

E

de Edendo. 412. * 2. 1.
 de Edicto Divi Hadriani tollendo. 409. * 6. 35.
 de Emancipationibus liberorum. 568. * 8. 49.
 de Emendatione Codicis D. Justiniani. 3.
 ——— propinquorum. 600. * 9. 15.
 ——— servorum. 600. * 9. 14.
 de Eo, qui pro Tutore negotia gessit. 344. * 8. 43.
 de Episcopali audientia. 45. * 1. 4.
 de Episcopis et Clericis. 21. * 1. 5.
 de Equestri dignitate. 737. * 12. 32.
 de Erogatione militaris annonae. 744. * 12. 58.
 de Errore Advocatorum. 129. * 2. 10.
 ——— Calculi. 121. * 2. 3.
 Etiam ob chirograph. 545. * 8. 27.
 ——— per Procuratorem. 182. * 2. 49.
 de Evictionibus. 561. * 8. 45.
 de Eunuchis. 261. * 4. 42.
 de Exactoribus tributorum. 638. * 10. 19.
 de Exceptionibus seu praescriptis. 548. * 8. 36.
 de Excoctione et translatis. 747. * 12. 59.
 de Excusationibus artificum. 669. * 10. 64.
 ——— munerum. 664. * 10. 47.
 ——— Tutorum et Curat. 531. * 5. 62.
 ——— Veteranorum. 355. * 5. 65.
 Ex delictis defunctorum. 222. * 4. 47.
 de Executione rei iudicatae. 498. * 7. 55.
 de Executoribus et exactoribus. 765. * 12. 61.
 de Exhibendis et transmittendis reis. 587. * 9. 3.
 ad Exhibendum. 208. * 3. 42.
 de Expensis ludorum publicorum. 691. * 11. 41.
 Ex quibus causis infam. irrog. 150. * 2. 12.